

Liber Sextus

*Tunc hinc unde hinc
li. hinc*

gesima. Quia septuagesima dicta est quia
septima est ab illa in qua cantatur letare hie-
rusalem. sexagesima quae sexta est ab illa. quinquagesima
quae quinta est ab illa. quadragesima quae
est quarta. Et si forte queratur quare non dicitur
tricesima quae est tertia ab illa: respondetur quod sunt
varios varie inchoat abstinentia. Nam re-
gulares incipiunt ieiunare a septuagesi-
ma: greci a sexagesima: clerici a quinquagesi-
ma: tota militia christiana a quadragesi-
ma additis quatuor diebus hebdomade pre-
cedens. Sed videtur potest de bere dici septu-
na quae septuagesima quae sic dicitur non sunt
nisi septem hebdomade a circūdede me
usque ad fiteres. Sed idcirco habet ut hec
septuagesima aliquid modo respondeat septuagesime
iudaice captivitas: sic enim multi ex
illis autoritate cyriaci agnomiat: est christi-
anus in patria redierunt: et in fine omnes
ita et ante fine septuagesime et atque per se-
ptuagesimam hebdomada figuratur: multi
ad patriam per ipsum redeunt: et tandem omnes
redibunt. Aliunt est quidam quod septuagesima
sic dicitur quod habet exordium. lxx. dies quod conti-
net sexagesima quod habet initium sexaginta die-
rum quod continet: et sic de quinquagesima et qua-
dragesima. Nunc dicam de tribus primis
Nempe septuagesima dicitur repitit se-
ptuagesimam annorum: et figurat septuagesimam
sive tempus nre peregrinationis: de qua iacob
dicit. Quis est autem magister impatori karolo
quod septuagesima sexagesima: quinquagesima
et quadragesima non propter numerum sic de-
notent: non enim a septuagesima sunt. lxx.
dies: sed tamen. lxxiii. nec a sexagesima usque
ad pascha sunt. lxx. dies: sed tamen quinquaginta tres
sed sic dicta sunt propter sequentiam numerandi
hoc modo: quod ei in lege preceptum erat. ut pri-
mitie decime darentur deo: placuit scilicet
patribus solvere decimas dicitur constituen-
tes per hominum decimas quadragesimam: nam ab
officio inuocavit usque ad pascha tempus
officium diebus sunt. xxxvi. dies qui sunt ter-
cima tricentis sexaginta dies ex quibus an-
nus constat. Supersunt tamen quatuor dies in an-
no qui videntur remanere indecimati. de quibus
dicitur sub. iiii. feria quinquagesime. Et est vo-
catum tempus illud quadragesima: quae habet sex

septimanas: putat dicitur sub prima dominica quae
dragesime. Et helesphor? de papa et gre-
volentes quod clerici aliquid adicerent ad
pensum sancte religionis: et ut plus quam laici
ieiunaret: adiecerunt septimam septimanam
Et vocatum est tempus illud quinquagesima pro-
pter duas causas: scilicet quod quinquaginta dies sunt
ab eis mihi usque ad diem lectum pasce: et est
propter sequentiam numerandi. Nam per quadra-
ginta sequitur quinquaginta. Preterea sic per
sex hebdomadas sex milidie opa intelli-
guntur: sic et per septem hebdomadas septem
modi significant quibus crimina remittuntur
scilicet per baptismum: per martirium: per elemosinas
per indulgentiam: per predicatores: per caritatem: et
per penitentiam. Postea vero quod prius statu-
tum erat per gregem: siue iuniorum: quod christiani
non deberent quinta feria ieiunare: melchias
deus papa instituit quod nemo ieiunaret in
quinta feria sic nec in prima: ut sicut prima
feria solennis erat propter domini resurrectionem
ita et quinta feria est propter eius cenam et ascen-
sionem. Quia adhuc die ipsa lauti percuramus
mur. Et idcirco placuit sanctis patribus
addere octavam hebdomadam in redemptionem
nre quintarum feriarum: et vocatum est tempus illud
sexagesima propter sequentiam numerandi.
Nam sic quinquagesima numerus quadragesime
mille: ita sexagesima quinquagesimo comitatur
Si enim omnes quintas ferias et primas. id est
es dominicos subtraxerit ab hoc tempore: tamen qua-
draginta dies ieiunabiles restant in quibus
non tamen decimas solues: sed ieiunij officium
numerus impletur. Inno. quod papa instituit
ut ne sabbato ieiunaretur: eo quod dominus in sab-
bato in seipso quieuit in signum nre fu-
ture quietis in qua omnis afflictio a nobis ex-
cludetur. Adde etiam statuit melchias
et silvester pape: ne propter absentiam ses-
se ferie nasa nimis debilitaretur: et idcirco
addita est nona hebdomada et vocatum
est tempus illud septuagesima: similiter propter
sequentiam numerandi. Nam si subtraxerit
ab hoc tempore omnes primas ferias et quitas
et sabbata et diem pasce non restat tibi nisi
triginta sex dies: quod ut dictum est sunt deci-
ma dies. Incipit autem septuagesima a
merore et terminatur in leticia: sic et prima